

³⁹ concedendo RQ. — ⁴⁰ om. PRQV; capitulo in marg. add. V. — ⁴¹ quidem RQ. — ⁴² com-
mode RQ. — ⁴³ possunt Q. — ⁴⁴ videbunt R. — ⁴⁵ matrimonium R. — ⁴⁶ quid P. —
⁴⁷ om. QR; aliquis in marg. add. R. — ⁴⁸ debet RQ. — ⁴⁹ illis RQ. — ⁵⁰ concurrentibus
VQ; continentibus R. — ⁵¹ ligatus V. — ⁵² ad solutionem RQ; absolutioni V. — ⁵³ ali-
quod R. — ⁵⁴ petendi Q. — ⁵⁵ om. Q. — ⁵⁶ undecima Q. — ⁵⁷ abi Q. — ⁵⁸ modo Q;
mine R; crimine corr. R. — ⁵⁹ corrigeret R. — ⁶⁰ consilium Q. — ⁶¹ universorum Q. —
⁶² sed quia] om. Q. — ⁶³ consilio Q. — ⁶⁴ est R; om. Q; deinde et add. Q. — ⁶⁵ ad add.
Q; postea del. — ⁶⁶ quod Q. — ⁶⁷ etiam R. — ⁶⁸ invitatus R. — ⁶⁹ inferatur add. Q; postea
del. — ⁷⁰ vere PRQV; del V et nullus in marg. corr. V. — ⁷¹ veniunt R; in suprascrip.
R; — veniunt Q. — ⁷² inni Q. — ⁷³ extra Q. — ⁷⁴ om. PR; aliquo V. — ⁷⁵ isto PR;
illo Q. — ⁷⁶ quid RQ. — ⁷⁷ l add. Q; postea del. — ⁷⁸ praebent P. — ⁷⁹ Hugonis 1^{ae} m.
Q in Hugonis corr. 2^a m. Q; — Hugocionis R; — Hugonis P. — ⁸⁰ renuntiare potest]
potest renuntiare Q. — ⁸¹ no add. Q. — ⁸² suorum V. — ⁸³ supradictum P. — ⁸⁴ om. RQ.
— ⁸⁵ essent bona add. RQ. — ⁸⁶ et RQ. — ⁸⁷ om. Q. — ⁸⁸ quod Q. — ⁸⁹ i add. Q; postea
del. — ⁹⁰ cum R. — ⁹¹ vinculum Q; vinculum corr. Q. — ⁹² huiusmodi add. Q; postea del.

(1) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, l. V, c. 10 (II, 1134, b). — (2) c. 2, C. XIX, q. 2
(FRIEDBERG, I, col. 839). — (3) c. 12, Quidam cedendi, EXTRA, l. I, tit. IX, *De Renuncia-*
tione (FRIEDBERG, II, col. 114). Litteraliter. — (4) Resp., c. 6, Si papa, D. XL (FRIED-
BERG, I, col. 146). — (5) *Corpus Iuris Canonici cum Glossis*, c. 6, D. XL (Lugduni, 1628,
vol. I, col. 195). Litteraliter. — (7) c. 7, Nunc autem, D. XXI (FRIEDBERG, I, col. 71).

QUAESTIO V

*Utrum Episcopus parisiensis peccet in hoc quod omittit corrigere quosdam
articulos a praedecessore suo condemnatos* (1)

Deinde ad quartum arguebatur, quod episcopus parisiensis non peccet
omittendo ¹ talem correctionem, ostendendo quod tales articuli non sunt
corrigendi. Quia quod factum est de consensu sapientum non videtur corri-
gendum. Sed id quod circa dictos articulos est actum, factum est de consensu
sapientum, ut dicit ² Dominus **Stefanus** quondam parisiensis episcopus.
Ergo. Et cetera.

Contrarium ³ arguitur ostendendo quod sunt corrigendi; quia ⁴ articuli
qui sunt non intelligibiles, et qui ⁵ manifeste videntur ⁶ falsi et ⁷ impossibiles,
sunt ⁸ merito corrigendi. Sed inter praedictos articulos sunt plures tales, ut
patet insipienti. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum, quod illud quod est impeditivum profectus studen-
tium, et quod est occasio scandali inter studentes, et quod est ⁹ in detrimentum
utilis doctrinae, est merito corrigendum. Sed ita est in proposito. Ergo. Et
cetera.

Primum patet. Quia cum aliqua materia est sic indeterminata incertitu-
dine veritatis, quod absque periculo fidei et morum ¹⁰ licet circa hoc diversi-
mode [Cod. Q, fol. 152 R^b] opinari absque temeraria cuiuscumque partis
assertione, ponere vinculum vel ligamen, quo homines circa talia ad unum
opinionem immobiliter detinentur, est impedire notitiam veritatis; quia
propter diversas opiniones quae [Cod. P, fol. 276 V^a] circa talem materiam
a viris literatis et scientibus tenerentur, per diversas disputationes ad utramque
partem tendentes ad veritatem inveniendam, ipsa melius inveniretur. Ad
hoc ¹¹ enim tendere debet intentio ratione disputantium circa talia quae non
omnino evidenter ad veritatem sunt determinata, ut per disputationem deve-
niatur ad istam ¹² partem, non quae magis placeat, sed quae rectae ¹³ rationi
magis consona apparebit. Impedire ¹⁴ ergo talem modum investigandi et
declarandi veritatem videtur profectum studentium et veritatis notitiam
inquirentium impedire.

Quantum ad articulos autem de quibus est quaestio, videtur ¹⁵ dicendum
quod plures sunt ¹⁶ de quibus diversimode opinari liceret. Sunt etiam aliqui
qui videntur contradictoria implicare, nec potest inveniri modus docendi in
talibus, quo ¹⁷ ab intellectu possint capi, et sic impeditur intellectus a notitia
veritatis ¹⁸ circa illos. Item sunt aliqui qui secundum quod superficies literae
sonat, videntur omnino impossibiles et irrationabiles, propter quod oportet
illos exponere expositione ¹⁹ quasi ²⁰ violenta et extorta.

Articulus ²¹ (2) enim quo pro errore condemnatur quod Deus non posset
multiplicare plura individua sub una specie [Cod. V, fol. 198 V^b] sine materia.
Item alius qui ex isto sequitur quod Deus non posset ²² facere ²³ plures
intelligentias eiusdem speciei, quia non habent materiam, viderentur [Cod. R,
fol. 198 R^b] posse pro opinabilibus reputari ²⁴ cum haec a pluribus catholicis
doctoribus sint ²⁵ dicta et scripta.

Item ²⁶, idem potest dici de articulo ²⁷ (3) quo ²⁸ dicitur ²⁹ quod error
est dicere quod inconveniens est ponere aliquos intellectus nobiliores aliis;
quia cum ista diversitas non possit esse a parte corporis, oportet ³⁰ quod sit
a parte intellectus et sic animae nobiliores et minus nobiles essent diversarum
[Cod. P, fol. 276 V^b] specierum. De istis et de pluribus aliis inter dictos arti-
culos pro erroneis condemnatis videtur literatis et peritis quod posset licite
aliter opinari.

Item ³¹ inter dictos articulos (4) condemnatur pro errore ³² quod Deum
in hac mortali vita possumus intelligere ³³ per essentiam.

Item est alius articulus (5) in quo condemnatur pro errore quod de Deo
non potest cognosci nisi ³⁴ quia est vel ipsum esse. Sed ³⁵ in istis videtur esse
contradictio; quia inter cognitionem de aliquo quia est et quid est vel per
essentiam medium non videtur.

Item (6) in eisdem dicitur quod error est dicere quod substantiae sepa-

ratae sunt ³⁶ alicubi ³⁷ et moventur de loco ad locum per operationem, si intelligatur sine operatione substantiam angeli non esse in loco nec transire de loco ad locum.

Item (7) in illis dicitur quod dicere quod substantiae separatae nusquam sunt secundum substantiam est error, si intelligatur ita ³⁸ quod substantia angeli non sit in loco; si autem intelligatur ³⁹ ita quod substantia ⁴⁰ sit ratio essendi in loco ⁴¹, verum est. Hic ⁴² etiam apparet contradictio quia ⁴³ non bene potest assignari medium inter ista duo ⁴⁴, scilicet quod nec substantia angeli ⁴⁵ sit angelo ratio essendi in loco nec etiam eius operatio, quia si substantia angeli ⁴⁶ non sit ratio essendi in loco, eadem ratione nec potentia angeli vel quaecumque proprietas eius in ipso ⁴⁷ formaliter existens poterit esse ratio essendi in loco. Consimiliter ⁴⁸ etiam de pluribus aliis articulis praedictis potest dici quod in ipsis et inter ipsos videntur impossibilia implicari.

Item (8) in dictis articulis continentur hi: quod voluntas manente passione et scientia particulari in actu non ⁴⁹ potest agere contra eam; error. Item (9) si ratio recta et voluntas recta; error. Item ⁵⁰ (10) quod nullum agens est ad utrumlibet sed ⁵¹ determinatur. Item (11) quod voluntas necessario prosequitur quod firmiter creditum est a ratione et cetera ⁵²; error ⁵³.

Isti autem articuli secundum quod superficies literae praetendit ac etiam plures alii inter dictos articulos contenti, videntur adeo impos[**Cod. P, fol. 277 R^a**]sibiles et irrationabiles ⁵⁴ quod non possunt rationabiliter sustineri nisi exponantur ⁵⁵ aliquo modo aliter quam praetendere videtur ⁵⁶ superficies [**Cod. Q, fol. 152 V^a**] literae sicut iacet.

Patet ergo per dictos articulos quod studentes occasione ipsorum in profectu studii plurimum impediuntur.

Sunt etiam ⁵⁷ occasio scandali inter studentes tam doctores quam auditores; quia cum frequenter oporteat exponere ⁵⁸ aliquos ⁵⁹ de praedictis articulis, non quidem contra veritatem, nec contra intentionem quam habere debuerunt illi qui praedictos articulos ediderunt, sed tamen contra id quod videtur praetendere superficies literae, aliqui minus periti et simplices reputant sic exponentes excommunicatos, et formant sibi conscientias quod tales male sentiunt; et tales simplices bonos et graves tanquam notatos de excommunicatione et errore ⁶⁰ cancellario vel episcopo deferunt ⁶¹. Et plura inconvenientia et schismata [et] ex hoc inter studentes ⁶² oriuntur.

Sunt etiam ⁶³ in detrimentum non modicum doctrinae studentibus perutilis ⁶⁴ reverendissimi et excellentissimi doctoris ⁶⁵, scilicet *Fratri Thomae*, quae ⁶⁶ ex praedictis articulis minus iuste aliquando diffamatur [**Cod. V, fol. 199 R^a**]. Quia articuli supra positi ⁶⁷ et quam plures alii videntur sumpti esse ⁶⁸ ex his, quae ⁶⁹ tantus doctor scripsit in doctrina tam utili et solemni. Et ideo in hoc quod tales articuli ⁷⁰ tanquam erronei ⁷¹ repro-

bantur, dicta doctrina [**Cod. R, fol. 198 V^a**] etiam ⁷² suspecta a ⁷³ simplicioribus habetur, quia ⁷⁴ tanquam erronea et reprobabilis ⁷⁵ innuitur ⁷⁶.

Propter quod plures possent habere occasionem retrahendi se a studio in tali doctrina, in quo non solum ⁷⁷ ipsa doctrina laederetur, sed ipsi studentes vere damnum maximum ⁷⁸ sustinerent, quia, salva reverentia aliquorum doctorum, excepta doctrina sanctorum, et eorum quorum dicta pro auctoritatibus allegantur, praedicta doctrina inter ceteras videtur utilior et laudabilior reputanda, ut vere doctori [**Cod. P, fol. 277 R^b**] qui hanc doctrinam scripsit ⁷⁹, possit dici in singulari ⁸⁰ illud quod Dominus dixit in plurali apostolis, **Matth.** (12), quinto: « Vos estis sal ⁸¹ terrae »; et cetera, sub hac forma: « Tu es sal terrae, quod si sal evanuerit ⁸², in quo salietur » ⁸³? Quia per ea quae in hac doctrina continentur quasi omnium doctorum ⁸⁴ aliorum ⁸⁵ doctrinae corriguntur, sapidae redduntur et condiuntur; et ideo si ista doctrina de medio auferretur, studentes in doctrinis ⁸⁶ aliorum saporem modicum invenirent ⁸⁷.

Et propter hoc et plura alia ⁸⁸ non videtur ⁸⁹ multum laudabile in magno ⁹⁰ doctore, quod determinando aliquam materiam difficilem, si non habeat alias rationes efficaces, suam determinationem talibus articulis confirmare conatur, cum, ut praedictum est, in praedictis articulis sint plures de quibus non est multum manifestum, quod sint erronei ⁹¹, ut patet per supradicta; et etiam quod de illis licitum est contrarie opinari. Et cetera.

Nec debent reputari leges communes ⁹² efficaces ad determinandum quaestiones, quae vigorem debent habere per universum mundum, cum istae leges non habeant vim ligandi nisi in uno solo loco. Quia etiam ⁹³ maiores qui ⁹⁴ sunt et fuerunt in dicto loco, et ut puto erunt, non reputant nec per Dei gratiam reputabunt dictos ⁹⁵ articulos esse leges ligantes ad tenendum positiones, quas alii nituntur per dictos articulos confirmare; et ideo per tales articulos praebent suis opinionibus modicum fulcimentum.

Cum ergo quaeritur, utrum episcopus peccet, et cetera, dicendum quod, licet Dominus *Episcopus Parisiensis* sit homo eminentis literaturae in iure ⁹⁶ canonico et civile, et etiam sufficientis in theologica facultate [**Cod. Q, fol. 152 V^b**], quia tamen in ista non tantum studuit, quin ad correctionem ⁹⁷ dictorum articulorum indigeret consilio magistrorum qui ⁹⁸ in dictis articulis non sunt bene concordēs, a correctione illorum ⁹⁹ potest aliquando ¹⁰⁰ excusari. Sed cum sententiam sui prodecessoris [**Cod. P, fol. 277 V^a**] ad dictos articulos appositam posset sine periculo ad pacem et utilitatem plurimorum facilius amovere, licet non videam quomodo in hoc ¹⁰¹ valeat sufficienter excusari, ¹⁰² ipsum tamen in nullo audeo condemnare. Sed concedo quod praedicti articuli essent merito corrigendi.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod ¹⁰³, licet praedicti articuli editi ¹⁰⁴ fuerint a viris sapientibus, nihilominus nunc ¹⁰⁵ videntur corrigendi. Et possunt rationabiliter excusari qui dictos articulos ediderunt, licet

factum eorum nunc ¹⁰⁶ sit corrigendum, quia pro tempore isto pro quo editi fuerunt, plures et ¹⁰⁷ praecipue artistae circa materias ¹⁰⁸ illorum articulorum sine ¹⁰⁹ freno rationis se ipsos nimium effundebant ¹¹⁰ et videbantur dieta eorum nimis declinare ad errores. Et ideo pro tempore isto oportuit ad extremum contrarium magis declinare, secundum doctrinam ¹¹¹ **Philosophi** (13), secundo *Ethicorum* circa rectificationem curvorum. Et aliqua quae ¹¹² bonum et sanum intellectum possunt habere propter aliquem malum intellectum quem ¹¹³ etiam importare possunt ¹¹⁴ [Cod. R, fol. 198 V^b], oportuit condemnare ut per hoc magis conarentur ab eo quod ¹¹⁵ circa hoc poterat esse erroneum se retrahere et veritatem sinceram ¹¹⁶ tenere. Nunc autem circa illa magis est veritas declarata. Et ideo posset fieri correctio circa praedictos articulos quantum ad plures absque impe[Cod. V, fol. 199 R^b]dimento veritatis et absque confusione ¹¹⁷ illorum qui eos ediderunt ¹¹⁸.

¹ committingo R. — ² dominus Q; del et dicit corr. Q. — ³ si add. R; sic add. Q. — ⁴ om. RQ. — ⁵ sunt add. RQ. — ⁶ fm et Q. — ⁷ videntur add. Q. — ⁸ super R. — ⁹ occasio add. Q; postea del. — ¹⁰ et add. Q. — ¹¹ om. Q. — ¹² illam V. — ¹³ ratione R. — ¹⁴ impedimentare Q; impedire corr. Q. — ¹⁵ quod add. Q. — ¹⁶ om. R. — ¹⁷ quod V. — ¹⁸ deritatis Q. — ¹⁹ om. R. — ²⁰ quod P. — ²¹ articulis PR. — ²² multiplicare — non posset] om. R. — ²³ ferre R; — multiplicare — facere] om. Q. — ²⁴ opinari P. — ²⁵ sunt PQ. — ²⁶ idem Q. — ²⁷ quod add. Q; postea del. — ²⁸ quodam Q. — ²⁹ om. Q; — quo dicitur] om. R. — ³⁰ sed R. — ³¹ pro erroneis — item] om. R. — ³² errone Q; errore corr. Q. — ³³ possumus intelligere add. Q. — ³⁴ om. Q; deinde in add. Q. — ³⁵ sed (?) Q. — ³⁶ sint P. — ³⁷ alicui R. — ³⁸ in R. — ³⁹ quod substantia angeli non sit in loco — intelligatur] om. R. — ⁴⁰ angeli — ita quod substantia] om. Q. — ⁴¹ si autem intelligatur ita quod substantia sit ratio essendi in loco] om. P. — ⁴² hoc PRQ. — ⁴³ quod RQ. — ⁴⁴ om. RQ. — ⁴⁵ non add. Q. — ⁴⁶ sit angelo — substantia angeli] om. RQ. — ⁴⁷ isto PRQ. — ⁴⁸ existens — similiter] om. RQ. — ⁴⁹ om. Q; deinde non add. Q. — ⁵⁰ et R. — ⁵¹ si Q. — ⁵² est R; — om. Q. — ⁵³ est add. Q. — ⁵⁴ et irrationabiles] om. P; et irrationales Q. — ⁵⁵ ponatur Q. — ⁵⁶ videntur PQ. — ⁵⁷ et RQ. — ⁵⁸ om. RQ. — ⁵⁹ aliqui R; aliqui Q. — ⁶⁰ et errore] exerrare RQ. — ⁶¹ defuerunt R; diffuerunt Q. — ⁶² o add. Q; deinde del. — ⁶³ et Q. — ⁶⁴ et utilis RQ. — ⁶⁵ doctores Q. — ⁶⁶ quoniam V. — ⁶⁷ supra positi] suppositi R. — ⁶⁸ om. Q. — ⁶⁹ qui Q. — ⁷⁰ tales articuli] articuli tales RQ. — ⁷¹ errori ei P. — ⁷² et Q. — ⁷³ suspecta a] suscepta Q. — ⁷⁴ quod R. — ⁷⁵ reprobabili R; reprobabiliorio Q. — ⁷⁶ utuntur R; videntur Q. — ⁷⁷ solium P. — ⁷⁸ damnum maximum] maximum damnum RQ. — ⁷⁹ om. R; scripsit add. in marg. R. — ⁸⁰ et add. P. — ⁸¹ om. Q. — ⁸² sal evanuerit] salva'ut Q. — ⁸³ salvetur RQ. — ⁸⁴ om. RQ. — ⁸⁵ doctrinae add. Q; postea del. — ⁸⁶ doctus Q. — ⁸⁷ inveniret Q. — ⁸⁸ plura alia] alia plura Q. — ⁸⁹ dicitur RQ. — ⁹⁰ in magno] om. R. — ⁹¹ ut patet add. Q; postea del. — ⁹² rationes R. — ⁹³ et RQ. — ⁹⁴ etiam RQ. — ⁹⁵ sanctos Q. — ⁹⁶ iure Q; iure corr. Q. — ⁹⁷ correptionem V; concionem Q. — ⁹⁸ quin Q. — ⁹⁹ eorum Q. — ¹⁰⁰ ex add. Q; postea del. — ¹⁰¹ in hoc] nihil videtur superfluum P. — ¹⁰² sufficienter excusari] excusari sufficienter R; excusuari sufficienter Q. — ¹⁰³ quia V. — ¹⁰⁴ f. add. Q; postea del. — ¹⁰⁵ non Q. — ¹⁰⁶ non Q. — ¹⁰⁷ etiam Q. — ¹⁰⁸ ms R. — ¹⁰⁹ cum Q. — ¹¹⁰ effundebant Q. — ¹¹¹ om. PR. — ¹¹² bonum add. Q; postea del. — ¹¹³ quantum R. — ¹¹⁴ importare possunt] possunt importare Q. — ¹¹⁵ est add. Q. — ¹¹⁶ scinceram Q. — ¹¹⁷ confusione Q; confusione corr. Q. — ¹¹⁸ addiderunt P.

(1) Opiniones ducentae undeviginti SIGERII DE BRABANTIA, BOETHII DE DACIA et aliorum ab episcopo STEPHANO TEMPIER anno 1277, die 7 martii, condemnatos (cfr. DENIFLE et CHATELAIN *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p. 543-556). — (2) Propositio 96 (*op. cit.*, t. I, p. 549). — (3) Propositio 124 (*IBID.*, *op. cit.*, t. I, p. 550). — (4) Propositio 36 (*Ibid.*, I, p. 545). — (5) Propositio 215 (*Ibid.*, I, p. 555). — (6) Propositio 204 (*Ibid.*, I, p. 554). — (7) Propositio 219 (*Ibid.*, I, p. 555). — (8) Propositio 129 (*Ibid.*, I, p. 551). — (9) Propositio 130 (*Ibid.*, I, p. 551). — (10) Propositio 160 (*Ibid.*, I, p. 552). — (11) Propositio 163 (*Ibid.*, I, p. 552). — (12) MATTH., V, 13. — (13) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, I, II, c. 9 (II, 1109, b).

QUAESTIO VI

Utrum liceat doctori praecipue theologico recusare quaestionem sibi positam cuius veritas manifestata per determinationem doctoris offenderet aliquos divites et potentes

Deinde circa doctores quaerebatur utrum liceat doctori, praecipue theologico, recusare ¹ quaestionem sibi propositam cuius ² veritas manifestata ³ per determinationem doctoris offenderet aliquos divites ⁴ et potentes. Et arguitur quod sic. Quia illud ex quo possent plura mala contingere est omittendum ⁵. Quaestio praedicta est huiusmodi ⁶; quia potentes offensi per ⁷ eam et provocati [Cod. P, fol 277 V^b] multa mala inferre possunt ⁸. Ergo. Et cetera.

Contrarium arguitur per **Gregorium** (1), *Super Ezechiel* ⁹ dicentem quod si de veritate scandalum sumitur, utilius nasci scandalum permittitur quam veritas ¹⁰ relinquatur. Ergo. Et cetera.

Praeterea doctor theologicus debet dicere ¹¹ veritatem in fide et moribus. Sed peccat si recusat determinare veritatem ¹² quae ad fidem pertinet, et praecipue ¹³ si aliqui deviant a fide. Ergo similiter peccat si recusat docere veritatem quae ad mores pertinet, et praecipue cum erratur in moribus. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod docere veritatem non ¹⁴ est aliquid quod sit offensivum alicuius per se ¹⁵, quia per veritatis ¹⁶ cuiuscumque ¹⁷ manifestationem ¹⁸ perficitur homo secundum intellectum; et per manifestationem veritatis circa agibilia dirigitur in operatione virtuosa homo. Si ergo aliquis per doctrinam veritatis offendatur, hoc contingit per accidens. Et in speculabilibus magis hoc ¹⁹ convenit per accidens quam in agibilibus, quia veritatis notitia circa speculabilia non respicit obiectum nisi in comparatione ad intellectum; et sic talis notitia non est per se causativa alicuius displicentiae in affectu ²⁰, sed multum accidentaliter, in quantum scilicet aliquis tenens [Cod. C, fol. 129 V^a] opi-

Les Philosophes Belges

Textes et Etudes

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de Maurice De Wulf

TOME V, FASCICULES I-II

Les Quodlibets onze-quatorze DE GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

